

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. De apparitionibus Angelorum & assumptione corporum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

# Disput. XLII. de Angel. Sect. I. & II. 765

ad inferos à demonibus. Pari antea ratione potest unus Angelus alium portare, sicut in inferiorem, aut non resistenter qualiter. Cum enim Angelus possit moueri vi aliena, ut de diuina dubium non est: nulla est ratio existimandi motum illum exceedere vires naturales alterius Angeli. Sed potius quilibet Angelus eadem virtute qua seipsum mouet, potest mouere alios non resistentes qualiter, aut virtutis sue proportionatos. Sicut nos eadem virtute, quā nos ipsos mouemus localiter, mouemus alia corpora virtibus nostris proportionata. Item quia eiusdem est virtutis vitalis continere & fistere, cuius est mouere localiter, ut in nobis experitur: Angelus eadem virtute, quā se & alia supradicta mouere potest, potest etiam fistere, & impedit ne moueant se vel aliquid aliud.

Quare non assentior Valsqui disput. 194. cap. 3. in fine, affirmanti, non posse unum Angelum mouere alium, vel alligare certato, nisi intimanter imperium diuinum, non autem vere & physice ferendo, vel trahendo & vel pellendo per imperium impressionem. Etenim vis eadem, quae physicè valer ad ipsos mouentes, & quā seipsum mouent, valer etiam ad alios non qualiter resistentes. Sic nos eadem facultate motiuia, quā nos ipsos mouemus physicè, possumus alia mouere virtuti nostra proportionata, itemque fistere, ferre, trahere, atque impellere per imperium impressum. Quae omnia possunt similiter fieri, virtute motiu Angelorum. Ad eos, qui non tantum possunt mouere res alias, quamdiu illas secundum se rotas, aut secundum aliquam sui partem habent localiter sibi coniunctas: sed etiam possunt imperium illis imprimere, longèque proiecere. Nam si homines & res alias inferiores id possunt sua mouendi virtute: non est cur id negetur facultati motiu Angelorum. Neque obest, quod ille impetus & qualitas quādam: Angelii autem non possunt imprimere vias alias qualitates corporibus aut spiritibus. Respondeo enim similiter non posse virtutem nostram motricem imprimere alias qualitates: & tamen potest istam. Ratio vero differentia est, quia ista qualitas est veluti quādam participatio virtutis motiu. Vnde facile potest contineri eminenter in virtute motiu Angelorum, & quē ac hominum, & rerum aliarum. Quomodo autem possint Angelii imprimere rebus aliis imperium, non est difficulter intelligere, quām quomodo possint celestes influentia cire ventos, & stūmque mari excitare; aut magnes ferrum ad se trahere; vel ambarum paleas, & similia.

Tertio, ad eandem vim pertinet locutio & illuminatio Angelorum, quando sit persigna externa, de quibus sufficiunt quādiximus disput. 40. sect. 7. Itemque apparatio & assumptio corporum, & conuen-

multiplex serum corporeatum aliarum in alias: de quibus sequentibus testimoniis dicendum est.

## SECTIO II.

*De apparitionibus Angelorum, & assumptione corporum.*

Probatum Angelos interdum apparete sensibiliter. **P**ossit Angelos apparere sensibiliter horum minibus prout ex multis scripturæ locis, in quibus narrantur huiusmodi apparitiones. Ut Genet. 3. apparitus Dæmonis & colluctio cum Eva, sub specie serpenti. Genes. 18. 19. 22. apparitiones hominorum Angelorum sub specie hominum, factæ Abrahamo, Lotu, & Iacob, cum quo etiam Angelus tota nocte lustratus est. Et denique libri Prophetarum pleni sunt huiusmodi apparitionibus, præsertim liber Tobiae. Et in Euægeliu Sathan visibiliter Christum tentauit, Matth. 4. Et Lux. 22. v. 43. apparuit illi Angelus de celo confortans eum. Et Actor. 12. vers. 7. Angelus Domini astigit Petrum, illumque eduxit de carcere. Et in Apocal. Ioannes multa docetur ab Angelis sibi apparentibus cap. 5. 6. 7. 8. 10. 14. & omnibus aliis sequentibus.

Quatuor autem modis possunt Angelii boni veluti apparere. Primus est purè imaginarius, id est, mère immensus. Vt quando Angeli apparent dæmonibus, nullum obiectum exterrit & sensibile praepnendo sensibus externis, qui tunc otiantur & ligantur sompo: sed tantum intergam aliquam potentiam mouendo. Mirum commouendo hos aut illos humores corporis, ad excitandam imaginationem aut phantasmata, & illis medianis species ipsas incomprehensibiles, ipsumque intellectum. Quod totum non superat scientiam, ac vim mirabilem & subtilissimam Angelorum, per quam possunt cire humores apte & conuenienter ad has aut illas imaginations exitandas. Exempla huiusmodi appendi habentur in scriptura Genes. 15. vbi Deus Abraham profundi dormientem appetit per Angelum, & multa futura revelat. Et Matth. 1. vers. 20. iterumque cap. 2. vers. 19. Angelus appetit Ioseph dormientem. Et Propterea fapis in Testamento veteri, ac Ioannes in Apocalypsi dicuntur multa videri in somnis, aut in spiritu. Si etiam dæmones sèpè illudunt magis & malefici: ut mulierculis illis, de quibus supra Concilium Ancyranum: & iis qui asseuerant se diversa loca peraguisse & multaque mirabilia fecisse, interea dum ab aliis profundissime dormire vidi sunt. Et quanquam non possunt species imprimere immediate imaginationi, neque sensum intromunum excitare ad quidquam percipiendum, quā-

Probatur  
Angelos  
interdum  
apparete  
sensibili-  
ter.

Primus  
modus ap-  
parendi,  
ima-  
ginari-  
us.

anteā perceptam non fuerit aliquo sensu extendo: alioqui posset Dæmon effere, ut cæcū à nativitate haberet noctitiam germanam colorum, & furdus positionem propham sonorum, quod inauditem est: possunt tamen species diu sapientia, eorum quæ longissimè anteā iuerunt exterius percepta, excitare, abstersione humorum, aut nouorum & opportuniōsum affusione, vel aliorum impedimentorum refusione. Non possunt etiam species ab uno ad alium transferre: putat species coloris à sensu interno viuis transferre ad sensum internum alterius. Quia species illa, inherēt cerebro animali viuo & viventi, pendente in conseruari ab eius positionibus, vita tuenda necessarii. Non possunt, autem, partes cerebri viventes ab uno ad alium transferre. Et alioqui sequetur incommodum quod supra diximus: posse scilicet efficere Dæmonem, ut cæci nati habeant noctitiam germanam colorum: multoque grauiora sequentur incommoda, si possint species recordatiuas transferre ab uno ad alium.

**ff.**

2. Per illusionem sensuum exteriorum.

Secundus modus, quo Angeli apparet, possunt hominibus, est per illusionem sensuum exteriorum, non exhibitis illis obiectis, quæ ipsis videntur apparet, aut qualia videntur apparere. Quod faciunt tripliciter. Nempe vel primo, per immutationem aliquam factam immediae in sensu extero, id est, in organo: sive per localem mutationem aliquarum partium organi: sive per affusionem humoris alicuius: sive per concitationem, aut constructionem spirituum animalium, ex quo fiat, ut aliquid appareat exteriori, aliote quam sit. Sicut experimur obiecta apparetre duplia, ac oculo supra situm naturam eleuatorum: & ricticulum oculos videre omnia quasi essent eius: rictis, quo ipsorum oculi sunt affliti: & linguam capore amaro preoccupatam, omnia sentire amara. Vel secundum, per immutationem factam in medio interdicto inter sensum & obiectum, ex qua fiat ut aliquid appearat, quale non est. Simili quodam modo, quo varijs colosēs apparent in iude, aut in collo columba radiis solis iuxtam collustratae; aut quo dicunt sumum lucernæ pinguedine vel oleo ex serpentibus extracto accessu, exhibere oculis serpentinum viuorum speciem: & quo experimur, per aliqua conspicilia exteriorum angularium obiecta apparet sapientia multiplicata, vel inuersa & diuersorum colorum, per trigonam seu triangulum Venetum. Vel denique tertio, per obiecti ipsius mutationem, & agitationem celerrimam, aut occultationem. Simili modo, quo dico facilius formam crucis compotiti, celerrimè in orbem morti, exhibent oculis speciem rotæ solidæ: vel quo circulatoris ludificantur, alia pro aliis circumfusim: & penè inuisibiliter subserviendo, &

per modum viuis exhibendo. Ad quod genus illusionis referit D. Augustinus libro 18. de ciuitate cap. 18. mutationem Iphigeniae in ceruam, & sociorum Dionysii & Ulyssis in aves, aliasque animantes. Dæmon sciaret subtrahente Iphigeniam, & substituente loco illius ceruam, tanta celeritate, ut oculi tales substitutionem non perciperent.

Tertius modus est, vidento aliquo corpore vero, & quale sensibus externis apparet, non à se effornato, sed presupposito, quoad formam seu figuram naturalem. Quo pacto, Dæmon vero serpentis corpore vius est, quando Euæ apparuit, ut ostendemus disp. 45. sect. 2. Qyo etiam pastor appareat in corporibus Energumenorum: & olim ex statuis & arboribus responsa davaat & edebat oracula. Interdum etiam circumfert vera mortuorum cadavera, resurrectione simulata, ut multis exemplis confirmatur. De ritus lib. 2. Disquisit. q. 28. sect. 1.

Quartus est, forando & septando sibi corporis aliquod ex vapore, exhalatione, aut alia materia. Quod Angelis facit Huum est super hoc posita virgute motu mirabiliter & scientia eximiā, quæ habent rerum naturalium. Sic enim possunt applicando actiua passiū, varieque intermissione, exhibere corpora figura humana, vel alia quam volent. Idque tanto artificio, ut vix possint huiusmodi corpora ficticia discerni à veris; ne quidem sensu tactus, qui inter sensus exteros fiduciosus est, & minus erori præstigiis que existit. Sic Genes. 18. Abraham lauat pedes Angelis humana specie apparentibus, nec tamen eos discernerit. Et Genes. 19. idem Angelus Lotu manu apprehendunt, & Sodomis educunt. Et in libro Tobiae Raphaël Angelus sub specie Azaria, filij magni Anania, tamdiu cum Tobia conuerat, atque à rota eius & Raguelis familia viuis, & auditus, nec non, ut verisimile est, sapienter tactus à multis, nunquam tamen cogitus est.

Ratio est, quia cum Angeli optimè cognoscant temperamentum humani corporis, possunt ad illud imitandum applicare actiua passiū, aut varia corpuscula intermixere, addensare, aut rarefacere, ad producendas aut imitandas qualitates caloris, segoris, humiditatis, sicritatis, levoremque aut scabritiem, duritatem, molitatem &c. se ipsi etiam, si est opus, resistendo tangentibus, vel cedendo intra eadem corpora, adimitandam duritatem vel molitatem scabritiem aut levitatem portionis corporis humani. Veruntamen sicut non possunt sequi perfectè temperamentum corporis humani, aliquo poscent homines procreare qui non essent ex Adamo, & consequenter producentur sine peccato originali ex vi sua originis, vnde multa sequentur absurdia: sic neque puto tam perfectè imitari possit temperamentum, quin tactu ipso discerni possit corpus fictitium à vero, si summa cura & diligentia, & aduentus intellectus adhibe-

MARTINUS  
HILDEBRANDI  
D. VI  
U.

# Disput: XLII. de Angelis, Sect. II.

767

eur, sicut illud Christi ad Discipulos, Luca ultimo palpate & videte quia spiritus carnum ossa non habet, si ut me videtis habere. Et contrarium fidelitati sensu non esset consentaneum. Festinus Caietan. 2. 2. quæst. 95. artic. 3. Dæmonem sèpe fas- sim esse Lamiis, & magis, non posse se perfectè imitari humana corpora in con- gressu.

14. Ad discernendum autem, utrum Angelorum apparitiones sint mere imaginatio, nec ne regula D. Thomæ quæst. 1. art. 2. com- muniter recepta, moraliter tamen intelligenda, hæc est. Ea quæ tantum sunt per il- lusionem imaginatio, aut aliorum sen- sum, sine obiecto exhibito, solum apparent hominib[us] qui specialiter illuditur, non autem communiqueretur ab omnibus videntur. Cum ergo Dæmon, aut Angelus apparens, ab omni- bus communisimè & constantissime vide- tur, tangitur, auditur; signum est non purè il- lud, sed externum obiectum exhiberi. Ta- lis fuit apparitio Raphaeli apud Tobiam, à tota casa domo, & Raguelis, visi: & Angelo- rum qui Abrahe & Lotu[m] apparuerunt, Gen. 18. & 19. quinque à tota viriisque familia, imo à tota Urbe Sodorum conspecti sunt. Sed & Dæmon Christum in deserto tentans, Matth. 4. non potuit eius imaginatio aut sensibus externis illudere: cum tanta im- perfectio, & sabieccio potestati Dæmonis, in Christum Dominum non cedat. Idemque dicemus inferius disp. 45. sect. 2. num. 16. de apparitione & colloquio dæmoni cum Iuda, sub specie, aut vero corpore serpentis, Ge- nel. 3. Neque enim poterant dæmones illu- dere sensibus, aut phantasiam perturbare in statu innocentia. In his ergo casibus & simili- bus fuit obiectum aliquod externum de se- aptum ad sensus sic immutandos. In huius- modi autem corporeo obiecto dicuntur An- geli apparet: quia sub illo sese exhibent: simili quodam modo, quo substantiae dicun- tur cerni sub accidentibus, sub quibus exhi- bentur.

15. Assumptio corporum quid sit?

Assumptio corporis vltius requirit ut Angelus corpus illud sic habeat: & in illo ita se gerat, ac si esset propria eius forma, illudque amaret, atque unum suppositum eum illo constitueret. Et quo perfectius id facit: eo perfectius dicitur corpus assum- fisce, id est, quasi ad se sumptus, & suum, quodammodo fecisse. Ita ut tria ad assump- tionem huiusmodi omnino requirantur. Pri- mò intima præsencia utriusque substantia. Secundò, uno quadam Angelus cum corpore veluti ipso & proprio. Quæ uno cum non sit formalis, physica, ut anima cum corpore: ne- que hypothatica, ut Verbi cum humilitate: superest ut accidentaliter sit & moralis, iuxta ea quæ dicemus paulo post. Tertiò, debet hæc uno esse quasi formalis, ita ut Angelus se habeat ad corpus assumptum, veluti for- ma ad materiam. Nam ut recte Suar. lib. 4. cap. 36. in fine, post Aureol. in 2. distin. 8. artic. assumptio corporis supra unioem

effectuum motoris addit unoem simili- tudinariam materiae & formæ: quatenus An- gelus assumens corpus, sic illo virtus, ut vna persona cum ipso esse, & in illo, at per illud, non tanquam extrinsecus motor, sed tanquam intrinsecum principium operari videatur. Cuius conditionis defectu nec An- geli assumere dicuntur celestia corpora, quibus assistunt velut motores mobilibus: nec Dæmones? Energianos quod possi- dent, vel obsident: nec Angelus nubes, aut columnas ignis inde retro, ducem Israëli- tarum: & alia id genus.

Ex hoc autem assumptioni & unionis mo- toris requiritur, Angelum connaturaliter re- presentari & apparere in corpore assumpto: ad eum ferè modum quo anima in proprio corpore per exteras operationes vitales se prodit. Quam r[ea]m non est necesse, vt Ange- lus se prodat secundum ultimam differen- tiā: sed tantum secundum generalē rationem motoris & assistentis. Non est enim necesse ut habeat intentionem representandi peculiariter seipsum. Quinquę potest habere intentionem occultandi seipsum, & alium quempiam representandi: ut Raphaël Azariam Anani magni filium, Tob. 5. vers. 18. Et Angeli palam in testamento veteri assumebant corpora ex intentione repræ- sentandi Deum, in cuius persona loqua- tur Adamo, Noe, Abrahamo, Moysi, & aliis. Neque enim Deus immediatè ut causa par- ticularis illis corporibus assistebat, neque illa per se solum mox dat, sed per Angelos, teste Dionysio cap. 4. de celesti Hiero- & aliis Patribus communius, ut videtur est apud Vasquem disp. 1. cap. 2. Quibus plu- rimū fauent, quæ de celebrioribus quibus- dam & parionibus in assumptione corpore di- cuntur, Osée 12. vers. 1. & 4. Actor. 7. vers. 30. & sequent. Galat. 3. vers. 19. & Hebr. 2. v. 2. Vbi tribuitur Angelis dem, quod alibi Deo, per Angelos scilicet ap- toni, & in- quenti, ascribitur: & aperit significatur non Deum ipsum, sed Angelum fusile illum de quo laob dixit, Vidi Domum facie ad fa- ciem, & similia facta est anima mea: & illum qui in flamma ignis de medio robi apparuit Moysi dicens: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iacob, & Deus tuor: quæque pastea in monte Sina legem ei dedit in ta- bulis lapidis. Ex quibusdem de aliis appa- ritionibus veteris Testamenti valde pro- babiliter colligi potest, quippe in quibus non magis significari scriptura verba Deum ipsum in propria persona apparet. Adora- tio vero latræ in Iacob, & in Moyse, & po- pulo Israël, aiii quæ fideli us, terminatur ad Deum representantem per Angelos. Sicut illa, quæ nos colimus Dei & Christi ima- gines, ad ipsos terræ natur. Quando autem D. Thom. Qu. 51. artic. 2 ad 3. virutem Ange- lorum, assumendi corpora dñnam vocat: per diuinas intelligit mirabilem, & hu- manam facultatem, hominumque artifi- cium longe superantem.

16.

Vasques

D. Thom.